

# THEOLOGIA IVRIDICA,

SEV IUS CIVILE THEOLOGICVM,  
quo ex omnium ferè Imperatorum Christiano-  
rum, & vetustissimorum quidem à Constantino Magno vsq;  
ad Sigismundum, sacratiss. legibus, edictis, constitutionibus  
& Epistolis declaratur, eam quam hodiè à maioribus nostris,  
veluti per manus traditam Christianus orbis tenet religio-  
nem & fidem Catholicam, illam ipsam esse, quæ ante mille  
ducentos & eo amplius annos, horum cæterorumque Augu-  
storum, & iam inde Apostolorum à temporibus inuicta flo-  
ruit: Errare itaque ac deterrimè labi, quicunq; hæ-  
reticorum imposturis, vel sui facilitate  
seducti, ab ea semetipsos  
segregant.

AUTHORE IOANNE BAPTISTA  
FICKLERO I. V. D. ETC. EX VVILA  
ante Herciniam, ciuitate Impe-  
rialioriundo.



*Cum priuilegio Cæs. Maiest. & facultate Superiorum.*

DILINGÆ  
Excudebat SEBALDVS MAYER.

cl. b. LXXV.



Coll. Soc. I. H. S. v. Salm. ex dono R. C. H. M.

Bibli

**CHRISTIANISSIMO**  
**POTENTISSIMOQUE PRINCIPI**  
MAXIMILIANO II. CAESARI AVG. HVNGA-  
ria Boëmiæq; Regi, Archiduci Austriae &c. P. P.  
Domino clementiss. Ioann. Baptista  
Ficklerus I. V. D. S.



**I**AM ET SI IAM INDE A QVA  
draginta cohæe amplius annis, in Europa pas-  
sim à plurimis, iisdemque doctissimis atque se-  
lectissimis viris, complures & ferè innumeri  
in lucem prodierint libri. Imperator Auguste  
inuietissime, quibus in defensionem Ecclesie

Dei cõtra pridem in terris Imperij tui, Germanicæ nationis enas-  
tas, ac subinde auctas hereses, haud secus atque contra commu-  
ne quoddam incendium, singuli quidem pro modulo atque por-  
tione virium, opem suam affatim attulerint: adeò quòd vix illis  
aliquid addi posse videatur, quod non iam confectum sit, neque  
dici, quod non dictum sit prius. Itaque facile vel impudentie vel  
temeritatis me arguere, & canillari quis possit, me hominem le-  
guleium, ad quem negotium hoc minimè spectare videatur, non  
solum actum agere: sed etiam falcem in alienam messem trans-  
mittere, atque Saulem inter Prophetas, immò nanum inter gi-  
gantes videri velle. Sed longè aliter se res habet, piè Imperator:  
nam et commune periculum cuius (nisi inutilis reip. cuius habe-  
ri & esse velit) quantum in se est, declinare licet. Quod verò  
periculum est communius, quod incendium grassantius atque  
perniciosius, quàm vbi maleferiati quidam id agunt, & diuina  
oracula peruertant? rixas, odia, dissensiones in religione Dei  
(cuius vnitas, & concordia per vniuersum orbem hætenus sac-  
rosancta meritò habita est) seminent? animos Christianorum  
in varias non modo atque diuersas, sed & planè contrarias pu-  
gnantesque sententias distrahant? altercationes, pugnas, factio-  
nes excitent? communem et optatam patriæ tranquillitatem con-  
turbent? subditos, quibus vt Prædecessorum tuorum leges dicti-  
flant, parere necesse est, ad seditionem rebellionem, perduellio-  
nem stimulent? armis omnia compleant? regna euertant? Principi-  
pum ditiones irritent, tantum non cælum terre misceant? Si ita-  
que pro aris, focis & rep. pugnare gloriosum est: adeò quòd An-



# DE RELIGIO- NE, FIDE ET ECCLE- SIA CATHOLICA, AD QUÆ TO-

TIVS LIBRI, INSERTARVMVE LE-

gum farrago se potissimum, licet diuersis  
Capitulis, refert.

## P R Æ F A T I O.



ECTE DIXIT GAIUS IV-  
risc. cuiusque rei potissimam partem  
esse principium. l. 1. ff. de orig. iur. cui  
accomode adiecit Accursius, dimi-  
dium facti, eum qui bene cœpit habe-

Principiū bo-  
num potissi-  
ma pars ope-  
ris.

re, per glo. in d. l. 1. Nam vnico principio illicito dato  
plura sequi incommoda, Iustinianus ait Imp. in proœ-  
mio Auth. Vt iud. sine quoq. suffr. & c. coll. 2. Bene  
autem & competenter vniuersa geri si rei principius  
fiat decens & amabile Deo. in proœm. Auth. Quom.  
oport. Episc. & cler. & c. Ideo quæ malo inchoata sunt  
principio, vix est vt bono peragantur exitu, iuxta c.

Principatus. 1. q. 1. Quandoquidē igitur à Deo nobis  
capiēda sunt agēdi primordia, insigni pietate clariss.

Cic. lib. 1. de  
legib.

Principem Iustinianum, & optimum quemque vi-  
rum imitaturus, ad immortalitatis præsidium respicio,  
& summo numine inuocato Deum authorem, &  
totius operis mei præsulem exopto et inuoco. l. tanta.  
& nos itaq. C. de. vet. iur. enucl. animumq. meum ad  
omnipotentis Dei erigo adiutorium, & ad summæ  
Trinitatis solam prouidentiam spem meam refero,  
vndē totius mundi elementa processerunt, & omniū  
rerum dispositio in orbem terrarum producta est. C.

A

dict.

# DE ECCLESIA CATHOLICA ROMA- NA, ET ROM. IMPERATORVM ERGA EANDEM STUDIO ET OBSEQVIO.

Quam religionem Christiani sequi, qualemque obedi-  
entiam & honorem Rom. Princeps Summo Pontifici, &  
quo amore is vicissim Principem amplecti debeat: itē  
quæ sit Ro. Ecclesiæ authoritas, primatus, priuilegia, &  
quædam alia ex huius capituli legibus edocetur.

GRATIANVS, VALENTINIANVS ET  
Theodosius Imp. in l. 1. C. De summa Trinit.  
& fide Catholica, &c.



VNCTOS POPVLOS,  
quos clementiæ nostræ regit im-  
perium, in tali volumus religio-  
ne versari, quam diuum Petrum  
Apostolum tradidisse Romanis,  
religio vsq; adhuc ab ipso insinuata declarat,  
quamq; Pontificē Damasum sequi claret, &c.

*Sequitur Epistola Iustiniani Imperatoris, quam  
vnâ cum fidei Catholicæ confessione per Episcopos  
Hypatium atq; Demetrium Romam misit ad Ioan-  
nem Papam II. quæ vnâ cum eiusdem Pontificis  
responsione inter leges Codicis, sub Tit. De summa  
Trin. & fide Cath. ab ipsomet Iustiniano relata est.*

VICTOR IVSTINIANVS, PIVS, FELIX  
inclytus, triumphator, semper Augustus, Ioan-  
ni sanctissimo Episcopo almæ vrbis Ro-  
mæ, & Patriarchæ.

**R**Eddentes honorem Apostolicę sedi & ve-  
stræ sanctitati (quòd semper nobis in voto



cui exosus est cum iniquitate sua impius, tot nationum grauissima flagitia, scelera & blasphemias tam æquanimiter diuq; ferres? Sed ò miram & prorsus ineffabilem tuam patientiã: O placidissimam benignitatem, & mitem longanimitatem: oppressiõnem, lachrymas, atq; singultus electorum ad te clamãtium audire dissimulas, ac velut ignorare videris, vt Populus præuaricator tam incredibili mansuetudine & tot annorum dilatione, ac impunitate prouocatus, tandem aliquandò ad salubriter percutientem, & placidissimè expectantem conuertatur & viuat, quod vt maturè

fiat, age tu, qui in Trinitate perfecta vi-

uis, & totius mundi machinam

nuto gubernas D E V S

vnus in cœuum.

A M E N.

F I N I S.

